



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

Capvt. III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

MARCVM. ~~VINCI~~ FO. XXXIX.

sum, nō possunt ieunare. Venient autē dies, cū auferet ab eis sponsus, & tunc ieunabunt in illis diebus. Et nemo assumptū pannū tūdis assūit vestimento veteri, alioquin auffert supplementū eius nouū a veteri, & peior scissura fit. Et nemo mittit vinū mustum in v̄tres veteres, alioqui disrumpit vinū mustū v̄tres, & vinum effundit, & v̄tres pereunt, sed vinū mustū in v̄tres nouos mitti debet. Et accidit, vt transiret sabbatis per segetes, & cōperunt discipuli eius inter viā vellere spicas, & pharisæi dicebant ei, ecce cur faciunt sabbatis, quod non licet? Et ipse ait illis: Nunquā legistis quid fecerit Dauid, cū opus haberet, & esuriret ipse & qui cū eo erant? quomodo ingressus sit in domū dei sub Abiathar principe sacerdotū, & panes propositionis comedenter, quos non licet edere nisi sacerdotibus: & dederit etiā ihs qui secū erant? Et dices, bat illis: Sabbatū propter hominē factū est, non hō propter sabbatum. Itaq̄ dñs est filius hominis etiam sabbati.

CAPVT. III.

T introiuit iterū in synagogā, & erat ibi homo aresa, etam habens manū: & obseruabant eum, an sabbatis sanaturus esset eū, vt accusarent illū. Et ait homī, hñci manū arefactā: Surge in mediū. Et dicit illis: Vtrū licet sabbatis benefacere, an malefacere? animam seruare, an occidere? At illi tacebāt. Et cū circūspexisset eos cū iracūdia, cōdolescēs sup cęcitate cordis eorū, dicit hoī: Extēde manū tuā: & extendit: & restituīta est man⁹ illius sana, vt altera. Egressi vero pharisæi, statim una cū Herodianis consiliū inibant aduersus eū, vt illū perderent. Ies H iij

SECVNDVM

sus autem cum discipulis suis secessit ad mare: & ingens multitudo
a Galilaea secuta est eum, & ab Iudea & ab Hierosolymis, & ab Idu-
mæa, & trans Iordanem: & qui circa Tyrum habitabat ac Sidonem, hos
minimam multitudinem magna, qui cum audissent quæ faciebat, venerunt
ad eum. Et iussit Iesus discipulis suis, ut nauicula sibi deserueret
propter turbam, ne ipsum premerent. Multos enim sanauerat, ita ut inves-
tient in eum, quo illum tangerent, quotquot affligeabantur. Et spiritus im-
mundi cum illum vidissent, procidebat ei, & clamabant dicens: Tu
es filius dei: & vehementer interminabas eis, ne se manifestaret.
Et ascendit in montem, ac vocat ad se quos voluit ipse: & ve-
nerunt ad eum. Et fecit duodecim ut essent secum, & ut emitteret eos
ad predicandum, utque haberet potestatem sanandi morbos, ejusdemque
demonias. Et imposuit Simoni nomine Petrus: & Iacobum filium Ze-
bedaei, & Ioannem fratrem Iacobi, & imposuit eis noia Boanerges,
quod est, filii tonitruis: & Andream, & Philippum, & Bartholomeum,
& Matthaeum, & Thomam, & Iacobum Alphæi filium, & Thaddæum, &
Simonem cananeum, & Iudam Iscariorum quem & prodidit illum. Et veniunt
in domum, & conuenit iterum turba, sic ut non licaret illis vel panes
edere: & cum audissent qui ad illum attinebant, exierunt ut manus in-
cerent in eum. Dicebant enim, in furore versus est. Et scribere quod ab Hiero-
solymis descenderat, dicebat: Beelzebul habet, & per principem
demoniorum ejicit demonia. Et ad se vocatis eis, in parabolis dis-
cebat illis: Quomodo potest satanas satanam ejicere? Et si regnum ad
uersus se se divisum fuerit, non potest stare regnum illud. Et si domus
contra semetipsam divisa fuerit, non potest stare domus illa; & si satanas

MARCV M. Fo. XL.

insurrexit aduersus semetipsum ac diuisus est, non potest stare,
sed finem habet. Non potest quisq; vasa fortis, ingressus in dos
mum illius, diripere, nisi prius fortem alligarit, & tunc domum
eius diripiet. Amendico vobis: Omnia remittentur filijs homin
peccata, & conuicia, quibuscunq; conuiciati fuerint. At qui cōui
tiū dixerit in spiritū sanctū, nō habet remissionē in æternū, sed ob
noxius est æterno iudicio. Dicebat enim sp̄m immundū habet. Et
veniūt mater eius & fratres, & foris stantes, miserūt ad eum qui
euocarent eū, & sedebat turba circa eū, dicūtq; ei: Ecce mater tua
& frēs tui foris q̄runt te. Et r̄ndit eis, dicens: Quæ est mater mea,
& fratres mei? Et cū circūspexisset, in circuitu circū se discipulos
sedentes, ait: Ecce mater mea, & fratres mei. Qui enim fecerit vo
luntatem dei, hic frater meus, & soror mea, & mater est.

CAP V T. III.

Titerum cœpit docere iuxta mare, & congregata est
ad eum turba multa, ita ut nauim ingressus, sederet
in mari, & tota turba iuxta mare in terra erat, & doce
bat eos per parabolas multa, & dicebat illis in doctrina sua: Au
dice, Ecce exhibat seminator ad seminandū. & accidit inter seminā
dū, aliud quidē cecidit secus viā, veneruntq; volucres cœli & co
mederunt illud. Aliud vero cecidit super petrosa, vbi non habuit
terram multā, & statim exortū est, quod non haberet altitudinem
terræ sole aut exorto, æstu affectū est: & eo quod nō haberet radix
exaruit. Et aliud cecidit in spinas, & succreuerūt spine ac sus
pauerunt illud, & fructū non dedit. Et aliud cecidit in terrā bo